

HALLA SAXONVM.



ALLA SAXONVM, Etymologia græca, siue ut Geropius Beccanus in suis Hyperboreis, non græca, sed cymbrica derivatione salis prouentu nominata, quemadmodum & Halla Sueuica, Halla in Rhenis, & Halla, nobile in Hermunduris epidum. Et Hals, siue Halis in Comitatu Tyrolensi, ubi plurimum coquitur salis. Et, in Armenia Ha lis fluvius, græca voce, salis, ut Straboni Geographo placet. Et demum & Halla Brabantia peregrinatione sacra il lustris. Ita Halla ad Salam non ignobile Saxonæ flumen (quod in celebri illo Pinifero monte, cum alijs tribus flumi nibus ortum, quæ mirabilis natura maiestate, ad quatuor cardines mundi promanant, ut Egra, Moenus, & Naba) præclaras Saxonæ vides, & inter eas Hallam, grata vicinitate salutans, in Albim se tandem exonerat. Quam à salis prouentu, nomen habere putamus. Cuius quidem salis fontes, admodum fructuosi & salutares, primum inueniuntur ante Christi natalem à Vendis, quos Hermunduros vocamus, quorum vbertas, vbi vicinis gentibus innotuisset, haud secus, quæ aureis fodinis, magnis conatibus ijs insidiati fuerunt, Hinc Catti anno Christi LX, eos, ut suos facerent, Hermunduros bello tentarunt, à quibus vicit et profigati. Multo post tempore, ut Crantzius lib. XI. Saxonæ, cap. 15. refert, Guntherus Magdeburgensis Archiepisc. Hallensibus multa incommoda intulit, quia Salina u prouentus, sibi, tanquam terra domino, pro iusta parte deberi contendebat. Rurlus, Anno 1478. Halenses, Salinarum causa, mutua seditione, non sine graui incommodo fuerunt discessi, quod idem Crantzius lib. Saxonæ 12. cap. 22. commemorat. Et in sua Metropoli lib. 12. cap. 14. Tumultuum inquit, in ciuitate Hallensi, proprietarij, Sartaginū in Salina eius vribis, honestum diu collegium, sed per opulentiam insolefscens: non videbantur quiescere in opibus & vita delicijs, nisi etiam aduersus plebem superbirent, omnia in sua commoda vertere videbantur. Id cum boni viri ex plebe ferrent indignè, opposuerent se maioribus: & indignatione concepta, armis correptis, libertatem defensabant. Strabat diuisa ciuitas, Archiepiscopus imploratus à plebe, superuenit, & quod AEsopiana habet fabula, murem ac ranam colligatos, ut transarent, pariter abduxit, hoc est, proprieta rijs & plebi durus erat. Magnam Salinæ partem in Ecclesia opus conuertit, constituitq; à se peti vacuatum possessionem. Ita per ipsorum ciuium instantiam & propriam inter se tumultuationem, libertas vtrorumq; magna ex parte est correpta: cœpito; extruere ad moenia insuperabilem arcem, domatricem in futurum insolefscens excrescentis, cum arx Ecclesie altera non inde longe permaneat, ex antiquis temporibus ibi firmata, cui nomen Gebekensten.

Harum Salinarum occasione, ex pago Doberabora, præclara hæc vrbis Halla excitata, abs Ottone eius nominis secundo, cinibus est priuilegijs data. Nunc administratoris Magdeburgici Marchionis Brandenburgensis sedes, Cuius elogium ex Georgio Sambino, clarissimo sui temporis poëta, hic latius commemorare liber.

Fumantibus Halla Salinis
Cernitur, vbi oculis facta Propinqua meis;
Cuius amoenam virent, ut Tempe, pascua: cuius
Seminibus multis foetus abundat ager.
Huc vbi peruentum: consulti testa subibam,
Hospitio cuius non semel vsus eram.
Dulcia securis hic ocia rebus agentem
Continuo tenuit me mora quinque dies.
Interea templum memorabile, celsoq; vidi
Principis egregium regia quicquid habet.
Scilicet ad Zephyri flatus, soleq; cadentem
Qua Salam contiguous mœnia stringit aquis.
Erigitur miris lapidum compagibus ædes,
Condidit Albertus nobile præsul opus,
Mauritio, diuq; sacrum, quæ vidit adorans
Prima, resurgentis numen & ora Dei,
Quando fuit hortoru cultoris imagine Christus
Ad tumulum fleti, quid lacrymaris? ait.
Vestibulum sculptis insignibus, area templi
Strata pavimento vermicolare nitet,
Cingitur aula is paries festisq; tapetis,
Quæ gens artifici Belgica pinxit acu:
In quibus eluent fulvo radiante metallo,
Aurea solerti stamna ducta manu.
Organa marmoreo pendent sub forniciis arcu:
Aemula cantantes hac imitantur aues:
Ac sic ver nouo frondentibus abdita syluis,
Mille daret volucrum turba canora modos.
Hæc eadem raucis clangoribus a ria tubarum,
Et referunt sonitu tergora tensaboum,
Tergora tensa, quibus violentos incitat hostes,
Bellicus insani Martis ad arma furor.
Quid loquar insignes, ad quas collata, tabellas,
Cedat Apellæo piæta colore Vnus?
Nulla sed effigies istic obsecena, nec vnum
Spurca locum turpis mæter amoris habet
Castra representat tabulis pictura, luerunt
Quam graue supplicium turba professa fidé
Utque pia natus de virginе rector Olympi
Nos docuit summi iussa verenda patris.
Et datus ipse neci genus hoc mortale redemit,
Quod voluit precium sanguinis esse sui.
Qualis & extremo venturus tempore mundi,
Ad nigra damnatos tartara Christus ager.
Nec q; imaginibus tantummodo lumina pascit,
Dives in hunc vsum talia præsul habet:
Inde sed vt discant exempla sequenda piorum,
Historiæ si qui cognitione carent.
Est locus in medio qua iactat ad æthera templo
Sedulus alterna carmina voce chorus,
Ferrea cancellis ignobile ianua vulgus
Arcti, ibi magno conspicuntur opes.
Plenaq; colludent rutulis alaria flammis;
Fulget vt astrorum lucidus igne polus.
Omne quod argentum fudit, omne q; eruit aurum
Tota metalliferis Pannonis ora iugis:
Quodq; Tagus, diuesq; vehit Pactolus: in vnum
Hoc tibi congestum dixeris esse locum.
Aurea nam gazas & opes æquantia Croesi,
Stant super extructis hic simulachra tholis.
Carolus insigni spectandus imagine Cæsar,
Hic stat, & Augustum fert diadema comis,
Quale gerit summa cum maiestate verendus,
Regia principibus dicere iura solet:

Fulgentemq; manu gladium, suspensaq; collo,
Aurea Phryxeæ vellera hestat ouis.
Astat & Albertus, qui talia sumptibus emit,
Hæc quibus est ædes condecorata, suis.
Grandibus hic duplex geminis auroq; coronā,
Fronte gerit, dextra pontificale pedum.
Tali bus innumeris simulachris atra repletur:
Ara ter ex celos quatuor alta gradus.
At super effigies argenteus eminet omnes,
Qui patrio ritu stat catastrophæ eques.
Mauritijq; refert proceri corpore foemam,
Cuius clausa pij militis osia tenet.
Multus & extremo lapis hic oriente peritus
Est, in Erythreis lectaq; gemma vadis.
Ictibus infragiles Admantes: totq; Smaragdi,
Quot vix diue tuis Marce senatus habet,
Albaq; concharum pretiosa germina bacca,
Est quibus ingentis forma rotunda globi.
Hæc ego defixis oculis dum singula lustro,
Mitor & immensas de stupfactis opes:
Principe magnificam pom pauc ducere facrorū,
Tympana cum lituis mota dedere sonos.
Festus agebatur, qui te paritura tonantem
Edidit in lucem, virgo beata, dies.
Longa sacerdotum qua templi turbæ subibat,
Latè pandebat limite vulgus iter.
Ipse sub insigni preciosis tegmine gemmis,
Ductus regali præses honore fuit.
Intertexta, genus patrum trahit vnde, nitibat
Inclita Marchiacæ signa videnda domus,
Terribiles aquilæ, formidandiq; Leones,
Et quos semiferos India Gryphas alit,
Magnanimos inter proceres, equitesq; secutos,
Quorum turba frequens ac populos a fuit:
Principis orando qui summa negotia tractat,
Vir celebri dictus nomine Turons erat,
Cuius ab ore velut retoluti rubibus imbris
Verba Pericloræ cultæ lepore fluunt.
Iste mihi vacuum monstrans ex ære sepulchru,
Hæc ea sunt, dixit, quæ monimenta vides,
In quibus Antistes post ultima fata quieteret,
Tunc vbi ventura morte solitus erit.
Digna sacro tumbam tententia præsule signat
Quæ quod vita brevis sitq; caduca, docet:
Morte nec intereat virtus, quæ sola perennis
Effugit extremi tristia fata rogi.
Talia iussit, n. V. VI POST FVNERA VIRIVS
Grandibus inscribi verba legenda notis:
Hæc vbi vidissim, culti sacraria templi
Ingredior docto me comitante viro:
Pharmacæ quo nemo miscente pericu ægris
Pæonia medicas applicat arte manus.
Innumerous calices hic aurea vase que vidi,
Apta ministerijs, vibus apta pijs.
Ac plures chlamides gemmis aurōq; rigentes,
Quam quot luciferos integer annus habet.
Mollia præterea quæ Seres, vellera quondam
Nêre, sed Ausonides iam didicere nurus.
Nec refero tintas concha Sidonide vestes:
Nemo sacerdotum quæs numerare potest.
Aeditus decies centenis millibus auri
Æstimat, hoc templi nobile quicquid habet.
Artib; il in tantis opibus conspectius ipso
Præsule, rem sacram dum faciebat, erat.

Ispia solenni seu carmina voce canebat,
Sive precabatur supplice mente Deum:
Omnes quotquot erat magnates, omne videre:
Vulgus ad hunc oculos composuisse suos:
Nam quas principibus multis natura negavit,
Innumeræ dores corporis vnu habet.
Grandibus accedit facies heroicæ membris,
Qua vetus Herorum se genus esse probat:
Et patrijs magnum virtutibus æquat Achillem,
Egregia cuius laude superbit aui:
Elucet pietas vultu: certissimus index
Vultus enim taciti pectoris esse solet.
Nulla patent oculis metuendi signa tyrannis
Mitior hoc vnguam principem nemo fuit.
Ipse suos populos sine vi, sine cæde gubernat,
Aspera nec præfert laudibus arma togæ,
Huius adhuc semper ciuilia bella diremit,
Cognitus in dubio tempore pacis amor,
Nec sibi diuinitas & auarus possidet aurum:
Largus habet prompras ad pia dona manus,
Felicies ò Roma tuos omittitq; futuros,
Ausonium quotquot nomen in orbe colunt,
Tempora triplicibus gesturus cincta coronis,
Si regat hic lacerum pastor ouile Dei.
Quæ modo palantes sine curatoribus errant,
Nulla præda lupo destituentur oves.
Dura coercebunt inclusum vincula Ianum,
Ne tristi referet condita bella manu.
Aurea restituet solidam concordia pacem
Priscaq; fulciferi secula regis erunt,
At prope delubrum fossis murita profundis
Arx stat, & aerium tollit in astra caput,
Bucchemerus erat, qui me comitatus eunte,
Hanc quoque visuri, nunquid eamus: ait,
Nec mora, festino me duxit in atria gressu,
In foribus quorum piæta tabella fuit,
Ambigua referens ipsius imagine vultus,
Qui regit immenſi Carolus orbis opes.
Per teres inspicias nisi luminis orbe foramen,
Hanc similem curva dixeris esse rati.
Quin etiam nostris ignotam vidimus oris
Exiguam pennæ versicoloris auem.
Hæc allata procul Nabathæis venit ab Indiæ
A pedibus quibus est orba, vocatur Apus.
Ipse gerit simili, raras ex alite pennas
Thracius in coni vertice Turca sui.
In medijs aula penetalibus, ænea moles,
Pyramidis factum surgit & instar opus
Id septena mouet revolutis sydera sphæris,
Quæ vagus an biguis cursibus error agit.
Talis eras stellas imitataq; machina cœlum,
Facta Syracusij quæ fuit arte senis,
Quid memor ad tibi referat simulachra deorum,
Quæ vetus artificum duxit in ære laboř
Et quibus exhibuit sacrum rude vulgus honorē
Mundus adhuc expers cum pietatis era:
Extrahit haren tem mæterens è vulnere spinam,
Indoluit fixum qua Cytheræ pedem,
Tunc vbi purpureum rosa, quæ fuit alba, colorē
Duxit, Acidaliæ sanguine tintæ deæ.
Prompta pharetratus iaculatur tela Cupidos
Aegida cœlatam Gorgone Pallas habet.
Thyrsifero pendent Lenæ fronte corymbis
Mercurius loculis condita lucra gerit.